

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Quarta Conclusio. Licet arte Alchimiæ moraliter non poßit effici verum aurum, aut alia transmutatio naturalis in aliquod metallum perfectum, nihilominus Alchimia potest habere aliquos veros & vtile s...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

perimentum videre noluerim. Hæc Brunnus.

Quarta Conclusio. *Licet arte Alchimia moraliter non posset effici verum aurum, aut alia transmutatio naturalis in aliquod metallum perfectum, nihilominus Alchimia potest habere aliquos veros & utiles effectus.*

**H**ANC tradunt Cardan. & Pererius loc.cit. nec puto esse aliquem qui neget. Sunt autem hie effectus. Primus. Potest Alchimia vnum metallum fieri simile alteri, quantum ad accidentia, & superficiem exteriorem, ut ferrum æri, stannum argento, æsauro, &c. lapilli viles, pretiosis gemmis, atq; in hoc exercitio multum versantur Alchimistæ: cùm id multum iuuet ad decipiendum simplices, & ad exhauriendū loculos incautorum. Secundus. Virtute etiam artis commodè & facilè deduci potest, si quid potentia cōtineatur in aliqua alterius metalli materia, & in hoc casu nō est tam productio metalli noui, quām separatio eius, quod permistum erat cum alijs interra & fodiinis. Nemo enim est qui neget, quandoq; in fodiinis metallorum aut plumbo esse permistum aliquid argenti, aut æri parum auri: & sic de similibus. Atque hoc ipsum quicquid latet potest arte secerni, vt indies expē-

experiencia cognoscunt, qui viciniores sunt fodinis metallorum. Sicut enim non omnis fert omnia tellus: ita etiam non ubique in visceribus terræ materia metallorum reputatur. Tertius effectus. Quod vi ignis potest multa purificare, nec non distillationes facere quæ suas etiam utilitates habent. Ex his sequitur.

**Quinta Conclusio.** *Ars Alchimica ex sua natura & obiecto non est illicita.*

HANC docent Cardin. Caietan. in sua summa. verb. Alchimia. Rosell. Syluest. & Aurea Armilla, in eod. verb. Petrus à Nauarra lib. 3. de restitut. cap. 2. num. 66. & ieq. Oldrad. Ioan. Andr. & Panormit. loco cit. & alij alibi. Contra tamen hanc Conclusionem sentit Angel. in verb. Alchimia, eamq; ut illicitam omnino condemnat: sed Angeli opinio in hoc sensu ab alijs repræhenditur, eiusq; argumēta Syluest. in d. verb. q. 4. disso'luit. Ratio Conclusionis redditur, quia hæc pars ex se non habet repugnantiam cum ratione: cum vtratur naturalibus causis ad naturales effectus & arti conuenienter producendos, quibus etiam aliquis finis intendi bonus potest. Vnde Cardan. lib. 10. de varietate rerum, cap. 51. ait: Quæ ab Alchimistis fiunt, ea vel

Hh 4 ad vo-